in secunda figura illius sermonis. Sed quod est ostensum ex multiplicatione
ab. in cd. est prescitum et quod est ex multiplicatione. bc. in ad.
est etiam prescitum. et est multiplicatio ac. in bd. scita. Sed
bd. est prescita. Iam ipsa est diametrum circuli. Igitur ac. sci
ta. et hoc est quod demonstrare voluimus..

14 Ostensum est igitur quod quoniam cum scierimus cordam graduum unius et
dimidii. et cum scierimus qualiter coniunctis prescitarum corda
rum arcus. Sciemus cordas eorum arcuum qui sunt coniuncti ex
illis. potuimus scire cordas arcuum qui crescunt una parte et dimi
dia. et una parte et dimidia. voluimus autem facere cordas arcuum
per crementum medietatis partium et medietatis partium. remane
bit. n. nobis inter quos duos prescitarum cordarum. arcus duo
arcus. quorum nesciebamus duas cordas. Sed si possibile esset quoniam faceremus
cordam unius arcus sciremus cordam illius arcus. tunc possemus
facere omnes cordas. quibus opus habemus ad ponendum in tabulis
possemus namque scire cordam medietatis partium. cum coniungeremus
aliam medietatem partium. sciremus cordam unius partis. et postea
coniungeremus arcum unum alii. donec compleremus quicquid nobis
necesse fuit de cordis. Sed cum id facere non potuimus relinquimus quod ad
facere proposuimus. et sciemus cordam unius partis. ex corda unius partis
et dimidie. et ex corda medietatis et quarte. Sed ponemus pri
mum unam propositionem. non quod teneat aliquid proficuum habemus in demon
stranda quantitate mensure corde unius partis recte. Sed quia
propter nobis in demonstratione quia non remanebit inter cor
dam quam inveniemus et inter verum. sensibile propositio vero hec.

15 Cum fuerint in circulo
due inequales corde proportio eius maioris ad minorem erit
minor proportione arcus maioris corde. ad arcum minoris cor
de. Sit circulus. abcd. sintque in eo due corde. ab. bc. inequa
les. Sitque maior. bc. dico quia proportio. cb. ad. ba. erit minor
proportione arcus. bc. ad. ab. Ideo partiemur. n. angulum. abc.
in duas medietates linea. bd. et copulabimus. lineam. aec. ad
cd. tunc angulus abc. erit partitus in duas medietates. linea.
bed. et linea. ad. erit equalis linee. dc. quod est ostensum in
vigesima quinta figura. tertii sermonis libri elementorum euclidis. et
triangulus. adc. erit equalium tibiarum. Sed linea. cb. est lon
gior linea. ba. et angulus. abc. est partitus in duas medietates